

acquiri, cum sepulchrum, à quo erat inseparabile, commune omnibus hæredibus foret; maxime quia quicquid solo inædificatur, solo cedit, l. adeo, §. Cum in suo, ff. de acquirend. rer. domin. & accessorium naturam sequi ut principalis, cap. accessorium, de reg. jur. in 6. Unde nil mirum, si hæredibus monumentum ab uno factum competere dicatur, quibus jus sepulchri erat. Hæc vero ratio, ut per se notum est, in hærede ædificante Ecclesiam, nequaquam reperitur; quapropter allegati textus nihil probant ad favorem sententiæ contrariæ, quam veneror, libertatisque amplecterer, quam impugnarem, ni præmissa urgerent fundamenta. Posset tamen dici ei locum fore, si ex conjecturis, personarumque qualitate colligeretur, testatorem voluisse jus patronatus omnibus hæredibus esse commune, non tamen ad hoc satis erit, quod juberetur fieri Sacrum ædificium in loco, qui testatoris esset; etsi ex interpretatione mox tradita colligatur: nam in sepulchro jus sepeliendi proprium erat hæredum, acquiritum per successionem, nec per adjectionem monumenti auferebatur; at locus privatus, in quo Templum ædificatur, prorsus Sacer efficitur, ac nullius in bonis esse potest, §. Nullius, & ibi Glos. Inst. de rer. divis. quem testator nunquam factum hæredum Deo dicavit, quare in hac specie considerari nequit vis accessionis, quæ in monumenti ædificatione reperitur.

AD CAPUT XIX.

De interpretatione, leg. Quoties 13. Cod. de rei vindicat.

SUMMARIUM.

- 1 Authores videndi recensentur.
- 2 Plures ad eandem ex contractu actionem habere, quibus modis contingat, & quis præferatur, num. 3.
- 4 Deciso l. quoties, Cod. de rei vindicat. præter emptionem in similibus contractibus locum habet.
- 5 Ratio ad eam constitutionem redditur.
- 6 Sufficit traditio ficta, ut ea, lex procedat. Quod limitatur, ad n. 12.
- 13 Vendens eandem rem duobus in solidum, ei qui succubuerit, ad interesse obligatur.
- 14 Obligatus ex venditione ad rem tradendam, ad id præcisè compellitur, si facultatem tradendi habuerit; ad nu. 18.
- 19 Constitutio d. l. quoties, non obtinet, ubi dominium absque traditione ipso jure transfertur.
- 20 Nec in spiritualibus, & n. 21. 22.
- 23 Ecclesia emente non admittitur eadem constitutio, ad num. 25.
- 26 An in contractibus Principis ea constitutio locum habeat, & quando transferatur ipso jure possessio in contrahentem cum Principe; ad n. 35.
- 36 Concessio ejusdem rei, vel venditio à Principe duobus facta, quando valeat? remissivè.
- 38 L. quoties, C. de rei vindicat. in Ecclesia, & Ecclesiasticis vendentibus procedit. Limitatur, n. 8.
- 39 Non procedit quando posterior emptor priorem alienationem cognovit.
- 40 Nec si posterior cui res traditur habeat titulum lucrativum, & prior contrahens onerosum.
- 41 Duobus eadem re diverso tempore vendita, & tradita, in dubio præsumitur in possessionem prius venisse, qui in contractu præcessit.
- 42 Ex duobus emptoribus ejusdem rei ille præferatur,

- qui prior satisfecerit venditori, etsi alter possessionem antea obtinuerit.
- 43 Limitatur, si venditor dominus non sit.
- 44 Emens cum pacto de non alienando, & hypotheca, aut cum eo solo pacto, an præferatur postea ementi, ac possessionem adipiscenti? ad n. 48.
- 49 L. quoties, in pignorb. non procedit.
- 50 Res vendita, & tradita à domino, si hic deinde dominus efficiatur, venditor ex traditione facta dominum querit.
- 51 In locatione an locus sit d. l. quoties? ad n. 54.
- 55 Quid in contractibus juramento vallatis? ad n. 59.
- 60 Quædam circa eandem constitutionem observantur, usque ad fin.

UT plenissime comprehendantur omnia circa decisionem l. quoties 13. C. de rei vendic. de qua D. Covar. sub capite isto, expedit consulere Greg. Lop. in l. 50. tit. 5. part. 5. & ibi Hermosill. glos. 1. cum seqq. Merlin. de pignorb. l. 4. q. 30. Ant. Gom. variar. l. 2. cap. 2. n. 20. Guttier. de jurament. confirmator. part. 1. cap. 30. Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. quoties, Mozz. de contractib. tit. de empt. c. de naturalib. emptio. n. 33. Thesaur. q. forens. l. 4. q. 64. Pat. Molin. de just. tract. 2. disp. 369. Lessi. cod. tract. l. 2. c. 21. dub. 20. ex n. 140. Dicastil. de just. l. 2. tr. 9. disp. 1. dub. 8. Card. Lug. in similit. tr. 10. 2. disp. 20. c. 11. Variis modis contingere potest, ut ex contractu emptionis, vel alio, plures ad eandem rem habeant actionem. Primo, quando duobus simul res pro parte venditur, aut simpliciter, quia etiam pro virili unicuique distracta censetur; argument. l. si fundus 16. §. si duo, ff. de pignor. & hypoth. Greg. Lop. in d. l. 50. gl. 2. & hoc casu traditio, live uni, live alteri fiat nulli jus ad suam portionem auferitur, l. si debitor 10. ff. de pignorb. & hypoth. ex quo constat d. l. quoties, & ad hoc aptari non posse.

Secundò, si plures simul emant fundum in solidum, & omnes ad petendum veniant ante traditionem, concursu inter eos partes fient; ut in similibus fieri solet, l. 1. §. interdum, ff. de usufruct. accrescend. l. conjunctim 78. ff. de legat. 3. l. si finita 14. §. Cum autem plures ff. de damn. infect. Sed si aliquis prior possessionem nanciscatur, ille proculdubio potior habebitur, ex d. l. quoties, quæ absque difficultate hic procedit, Greg. Lop. ubi proximè.

Tertiò, potest prædium diverso tempore in solidum duobus vendi, & ante traditionem qui prior est tempore, potior est jure; l. 7. tit. 7. p. 7. ubi Greg. Lop. glos. ult. Lessi. sup. n. 140. Dicastil. n. 261. Card. Lug. n. 163. Quod si traditum fuerit alicui, ille, etsi ultimo contraxerit, obtinebit, qui primus possessionem adeptus est, ut probatur in d. l. quoties, l. qui tibi 6. C. de hered. vel actio. vend. l. 50. tit. 5. p. 5. & docent Castil. controv. var. l. 5. c. 80. n. 25. Thesaur. sup. n. 1. Ant. Gom. ubi proximè, Dicastil. n. 262. Card. Lug. n. 164. Menoch. conf. 1222. n. 78. Guttier. n. 1. Fachin. contrroversiar. l. 2. cap. 33. in princip. Ceval. commun. tom. 2. quest. 756. n. 48. Merlin. n. 1. Pat. Molin. n. 2. Mozz. n. 33. Hermosill. n. 1. Lessi. n. 140. vers. Dico secundo, Caldas de empt. c. 26. n. 37. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 9. de empt. in preclud. n. 48. & alij innumeri, quos cumulat Barbof. sup. n. 2. Quod declara, etsi tempore primæ traditionis venditor dominum non haberet, & tempore secundæ sic; nam adhuc qui primus possessionem obtinuit præferretur: l. si à Titio 72. ff. de rei vindic. l. penult. ff. de except. rei vendit. Fachin. l. 7. cap. 33. vers. Primus articulus, Ant. Gom. sup. vers. Septimò, principaliter.

Quæ constitutio communiter ampliatur ad alios similes contractus tam onerosos, quam gratuitos, ut feudum, emphyteusim, donationem; Ant. Gom. ubi proximè,

proximè, Merlin. sup. vers. Cujus legis, Barbof. à n. 3. Castil. n. 44. Hermosill. ex n. 2. Noguero. allegat. 14. n. 48. Lessi. d. vers. Dico seundo, Velasc. de jur. emphyt. q. 14. n. 7. Merlin. n. 6. Idem dicendum est in primogenio ex causa onerosa, & irrevocabili, juxta l. 44. Taur. nam si postea fundator res, ex quibus majoratum instituerat, alteri in primogenium tradat, hic melioris erit conditionis; quo limita si fiat de licentia Principis, quæ per primum actum expiravit, ut explicat Greg. Lop. in d. l. 50. glos. 1. ad fin. quem videas, & Hermosill. qui alios refert, n. 30. & 31.

Ibi: Hujus constitutionis ea est ratio.

Ratio est, quia ex contractu emptionis, & similibus, regulariter nullum jus in re quaeritur emptori; sed actionem duntaxat personalem habet adversus dominum venditorem, qui cum pleno jure dominium retineat cum facultate alienandi, l. qui tibi 3. C. de his, q. à non domin. Pichard. in §. Utique t. men. n. 4. 6. Inst. de empt. M. reuot. variar. l. 2. cap. 1. n. 3. Ant. Gom. in l. 40. n. 16. 18. Card. Lug. n. 164. Illud in eum, cui postea ex titulo legitimo rem tradit, transeat; Nec novus dominus potest molestari, in quem cum successor singularis sit, actio personalis non datur, ut probavi l. 1. c. p. 8. n. 4. De qua ratione, Ant. Gom. Lessi. Molin. & alij pro conclusione supra laudati.

Nihil autem interest quoad eam constitutionem, ut vera, vel ficta traditio intercesserit, quando quidem per actus fictos vera possessio, & dominium transferri potest, l. quod meo 18. ff. de acquir. possess. Ant. Gom. in l. 45. Taur. n. 45. Dicastil. à n. 264. Cardin. Lug. n. 165. vers. Quartò, traditionis nomine & alij statim referendi. Unde si quis vendat domum Caio, ac deinde Titio, constituens se hujus nomine possidere, quamvis Caio postea eam verè tradat, Tit us superabit; Castil. sup. n. 17. Thesaur. n. 3. Merlin. n. 29. Magon. Lucens. dec. 21. n. 5. part. 2. Ant. Gom. d. cap. 2. n. 26. Quærit principaliter, Bernard. Diaz. reg. 229. Barbof. n. 11. Hermosill. n. 9. Molin. n. 4. Thesaur. tamen d. q. 64. n. 4. differentiam constituit inter veram traditionem, & clausulam Constituti, quoad rem duobus in emphyteusim concessam, sentiens primum contrahentem secundo præferendum, cuius nomine dominus constituit se possidere.

Sed communis proxima conclusio nonnullis limitationibus subjicitur, de quibus Barbof. n. 12. & Hermosill. à n. 10. Prima est, in venditione conditionalis cum clausula Constituti; nam si pendente conditione, eadem res alij purè vendatur, veraque vel ficta traditio subsequatur, posterior emptor potior habebitur, etsi conditio primæ venditionis advenerit, Ant. Gom. in d. l. 45. n. 93. Barbof. ubi proximè, Guttier. in §. Sui, n. 197. Inst. de hered. qualit. Hermosill. n. 10. quod est declarandum ex Ant. Gom. quando clausula illa fuit utique conditionalis; alioqui si esset pura, ita ut venditor statim vellet dominium in emptorem transire, quamquam conditionalis fuisset venditio, præmissa limitatio non habet locum, quoniam dominium voluntate domini ex titulo conditionalis transferri ante implementum conditionis potest. l. dotis fructus 8. §. ult. ff. de jur. dot. l. sub conditione 18. ff. de solutionib. late Amat. variar. l. 2. resol. 62. à n. 5. qui fatetur hoc contradictione non carere, ut videre licet apud eum, præf. l. 3. q. 65. à n. 7.

Secundò limitatur: si quid vendatur ad mensuram, eadem clausula adjuncta; si enim quis emeret priusquam res metiretur, & possessionem etiam obtineat per actus, veros, vel fictos præcedente mensura, si ad eam venditum est; primum emptorem vincet: Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 17. n. 4. Hermosill. n. 13. Tusch. præf. conclus.

Quæ limitatio eadem ratione, qua proxima sustinetur, quantum hujusmodi venditio conditionalis est, & imperfecta, ex quo clausula Constituti, ad translationem dominij, & possessionis, non prodelt; de quo D. Covarr. practicar. cap. 34. n. 6. Menoch. conf. 26. n. 29. Trenta-cinq. varia. l. 3. ut. de emptio. resol. 5. n. 1. Quæ utique potest declarari secundum doctrinam Gomezij nuper traditam, quando fundus, vel alia res certa, ad mensuram tota distrahitur.

Tertiò, quando clausula Constituti additur in favorem absentis, quantumvis Notarius ejus nomine acceptet, quo casu si alius comparet, possessionemque ejusdem rei consequatur, antequam rarum absens habeat quod gestum est, secundus emptor melioris erit conditionis: Ant. Gom. n. 83. Valic. conf. 55. n. 2. Hermosill. n. 16. Barbof. à n. 12. Quarto, ubi alias limitationes, de quibus per 10. Barbof. & Hermosill. si res veneat habità fide de pretio certa die solvendo, & venditor constituitur nomine emptoris possidere, si tempore præscripto solutio non fiat ob moram debitorem, is, qui postea emerit, priori præferetur, ut observat Cancer. variar. part. 1. c. 13. de empt. n. 6.

His adjiciendum est, veram, vel fictam traditionem nullo modo impedire, ne potior sit secundus emptor, in quem res translata est, quando pretium numeratum, oblatumve non fuit, aut venditor fidem non habuit de pretio; atque ita qui primus possessionem adeptus est, satisfactione data venditori, is prævalet, etiam si alter prius per actum verum, vel fictum in possessione rei constitutus, si pretium non solvat, nec aliter satisfaciat; Molin. n. 3. Hermosill. n. 37. ubi alij, Caroc. de excussio. bonor. qu. 13. qu. princip. n. 43. Gratian. de captiv. c. 523. n. 9. Barbof. n. 25. Card. Lug. n. 165. Ratio est, quia ex venditione per traditionem non transfertur dominium in emptorem, nisi venditori satisfaciat, §. Vendita, inst. de rer. divisio. Cancer. sup. n. 2. Greg. Lop. int. 1. glos. ut. tit. 11. part. 1. Pichard. in d. §. Vendita, n. 1. Hermosill. cum pluribus in l. 28. glos. 1. n. 1. tit. 5. part. 5. ubi textus, Molin. disp. 368. n. 15. Merlin. d. l. 4. qu. 41. n. 3.

Similiter dicendum erit, si duobus eadem res vendatur, & tradatur, quorum unus pro parte pretium solvit, alter integrè venditori satisfecit. hic enim præferendus est, etsi posterior in emptione, traditione, & satisfactione sit, nedum in parte, sed in tota re vendita, quia dominium nec pro parte transit, antequam integrè pretij satisfactio præstetur; Cancer. sup. n. 5. Surd. decisi. 220. n. 12. Barbof. in l. fistulas, §. qui feudum, ff. de cont. emptio. gratian. d. cap. 523. n. 2. Hermosill. cum aliis, in l. 28. glos. n. 3. tit. 5. part. 5. qui n. 4. idem esse ait, si vel unus nummus deficeret, allegans Narbona in l. 30. glos. unic. in fine, tit. 7. lib. 1. Recopilat.

Quoties tamen emptor succumbit, nisi sciens rem alij venditam compareret, agere ad interesse contra dolosum venditorem potest, dict. leg. 50. tit. 5. part. 5. l. qui tibi 6. C. de hered. vel act. vendit. Molin. dict. disput. 369. n. 2. Hermosill. in ead. l. 50. n. 43. Anton. Gom. sup. cap. 2. n. 20. vers. Quæritò principaliter Barbof. n. 30. Hevia Boleños in com. merc. terrestri, lib. 1. cap. 12. n. 52. Merl. sup. nu. 26. Dicastil. n. 263.

Ad Num. 1.

Venditor, qui rem distractam tradere potest, ad id compellitur, nec liberatur interesse solvens, sed si eam præstandi facultatem non habeat, interesse loco rei succedit; Greg. Lop. in l. 7. glos. ult. tit. 5. part. 5.



part. 5. Amat. *variar. lib. 1. resolut. 34. nu. 3.* ubi plurimi, Castill. *controverfiar. lib. 2. cap. 25. num. 38.* Menoch. *conf. 92. nu. 63.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 25.* C. de bon. matern. Boer. *decif. 48. num. 2.* Matiens. *in l. 23. glof. 1. nu. 4. tit. 7. l. 5. Recopilat. Tufch. lit. V. conc. 55. nu. 1.* Cevall. *commun. tom. 1. quæft. 459. verf. Sed contrarium.* Osvald. *ad Donell. commentar. lib. 13. cap. 2. nu. 4.* Pichard. *in 9. ult. nu. 4. 6. Inft. de verbor. obligat. Caldas de emptio. c. 20. nu. 10.* Morla *in empot. dift. tit. 9. q. 7. nu. 4.* Marefcot. *variar. l. 2. c. 70. n. 11.* Anton. Gom. *d. n. 20. verf. Secundo principaliter, in fine.* Hermof. cum aliis *in l. 7. glof. 4. à princ. tit. 5. part. 5.* Ratio est, quia cum contractus hic bonæ fidei fit, nihil magis bonæ fidei congruit, quam id præftare, quod quis promittit, & inter contrahentes actum est, ut inquit Ulpianus *in l. ex empto 11. ff. de actionib. empt. nec emptor interesse pro re invitæ accipere cogi potest, contra regulam l. 2. §. Mutui datio. ff. de reb. credit. quod explicat Amatus, rationibus contrarium respondens, fup. à n. 4.*

15 Quæ conclusio facillime admittenda est, si juramento contractu confirmetur. Amat. cum aliis, n. 7. Hermof. *ubi proximè, n. 5.* Seraphin. *de privileg. jurament. privileg. 74.* aut si interveniat claufula Precerij, Constitutive; Amat. alios referens, n. 8. Vel si instrumento venditionis claufula guarentigia inferatur, Amat. n. 9. ubi allegat Bald. *in l. 1. C. de sentent. que pro eo quod interest, Fabian. de Monte de emptio. q. 6. n. 40.*

16 Ubi autem venditor tradere refusat non obtemperans Judicis præcepto, potest ei manu militari res auferri. Marefcot. qui testatur ita fuisse decifum, d. n. 11. Amat. n. 10. Hermofill. n. 3. Osvald *sup. Plot. in l. si quando, n. 171. C. und. vi. licet Ant. Fab. de errorib. decad. 17. error. 7. n. 6.* teneat folùm pœnarum, & multarum comminatione posse venditorem ad tradendum compelli.

An idem, quod de venditore, dicendum fit de eo, qui emit cum pacto de retrovendendo, quod scilicet ad tradendam rem præcisè teneatur? dubia quæstio est, & in terminis juris communis receptus est, non teneri: at *ex l. 42. tit. 5. p. 5.* contrarium probari videtur. Vide Greg. Lop. *ibi glof. 4.* ubi Hermofill. alios laudat, Castill. *ubi proximè, Pinell. in l. 2. part. 2. cap. 3. n. 21. C. de rescind. vendit. Cardin. Tufch. sup. n. 8.* Anton. Gom. *in dift. cap. 2. nu. 29. ad fin. Arcin. conf. 6. in princip. & de jure Regio tenendum est, promissionem de vendendo idem operari, ac venditionem, cum ex pacto nudo oriatur actio, l. 2. tit. 16. l. 5. Recopilat. Hermofill. *in l. 10. glof. 1. n. 10. tit. 5. p. 5.**

Ibi: Scio etenim jure posse defendi.

18 Adversus conclusionem communem traditam n. 14. quod scilicet venditor cogi non possit præcisè ad rem tradendam, quamvis possideant; sed quod interesse solvendo liberetur, pro viribus defendit Fachinæ. *controverfiar. l. 2. cap. 30. per tot. utriusque sententiæ fundamenta referens, & contrariis satisfaciens, Ant. Fab. sup. decad. 85. error. 4.* Sed à priore deviandum non est. Utrum juretur in litem contra venditorem, qui rem non tradit? docent laudati ab Hermofill. *in d. l. 7. glof. 4. n. 4. tit. 5. p. 5.*

Verf. Primum, eam decisionem.

19 Constitutio d. l. quoties, non obtinet locum, ubi ex contractu absque traditione dominium transferatur, quoniam tunc ex quo quis contraxit, jus in re acquirit; unde licet postea alius emat, & rem acci-

piat, potior non erit; Ant. Gom. *d. cap. 2. n. 10. verf. Septimò, principaliter extendi, ad med. Molin. difp. 369. n. 7.* Mozza. *difp. cap. naturalib. emptio. n. 34.* Barbof. *in d. l. quoties, à n. 13.* Merlin. *d. q. 30. n. 7.* Gregg. Lop. *in d. l. 50. glof. 1. Lessi. d. dubit. 20. n. 141.* Fufar. *de substitutionib. quæft. 674. n. 30.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 51. n. 73.* Per. Barbof. *in rubric. part. 2. n. 85. ff. solut. matrimonio. Hermofill. cum aliis, in d. l. 50. glof. 1. n. 23.*

Hinc deducitur, quod in juribus spiritalibus præfata constitutio admittenda non est, quæ absque traditione transferuntur. Sic quando duobus idem beneficium confertur, ille potior est, qui primus titulum obtinuit, etsi alter prius adipiscatur possessionem; *cap. cum cui 7. de prebend. lib. 6. Glof. in c. qui prior 54. de reg. jur. eod. lib. Greg. Lop. ubi proximè, Fachin. lib. 7. cap. 33. verf. Non offendunt, Gonçal. ad reg. 8. Cancellar. glof. 15. n. 17.* Aug. Barbof. *in dift. collectan. ad l. quoties, n. 14.* Gail. *practicar. observat. l. 2. observat. 55. n. 9.* Hermofill. n. 20. Quoniam ex titulo jure reale statim in beneficio quaeritur, *cap. si tibi absentis 17. de prebend. lib. 6. Glof. ult. in cap. penult. eod. tit. D. Covar. infr. l. 3. cap. 16. n. 1.* Lotendè *re beneficiar. lib. 3. quæft. n. 17. 8.* Caffador. *decif. 5. n. 5. de privileg. Flamin. de resignat. beneficiar. lib. 2. q. 16. nu. 2.* Vivian. cum multis. *in prax. juris patronat. lib. 13. c. 2. 10.*

Pari ratione, in matrimonio ex mutuo consensu jus in corpore conjugis, ita quaeritur ante carnalem commixtionem, ut matrimonium ratum per secundum consummatum minime dissolvi queat; ut notant Per. Barbof. *in rubric. part. 2. n. 85. ff. solut. matrimon. Anton. Gab. commun. l. 3. tit. de capt. conc. 2. nu. 38.* Gail. *sup. n. 12.* Hermofill. *ubi proximè, & probatur ex cap. licet 3. cap. ult. de spons. duor.*

Idem dicendum est de aliis juribus incorporalibus, quæ tradit onem non recipiunt; nam cui prius cessa fuerint, ille obtinebit; quamvis alius postea ea acquirat, & in quasi possessione constituitur, ut voluit Hermofill. n. 21. August. Barbof. *in d. collectan. n. 16.*

Ad Num. 2.

Si res vendatur Ecclesiæ, vel alij pio loco, sive cuicumque, in quem dominium absque traditione transferatur, licet alius possessionem postea apprehendat ejusdem rei, in quaestione dominij succumbet, sive ante contractum Ecclesiæ, sive post emerit, Morla *sup. d. tit. 9. in prælud. n. 51.* Fufar. n. 32. 34. Hermofill. n. 22. Marta *de jurisdic. Eccles. part. 4. q. 19. n. 5.* Card. Lug. n. 168. & alij omnes allegati *sup. n. 9.* Quod utique procederet, etsi alia Ecclesiæ secunda foret emptrix. *glof. in fin. verb. in rem. C. de sacrosanct. Eccles. ubi Barbof. in collectan. n. 21.*

Sed hoc limitandum est, quando Ecclesiæ, quæ emit, pretium non solvit, nec venditor fidem de pretio habuit; quia privilegium acquirendi dominium absque traditione intelligitur, si solvatur pretium, aut aliter domino satisfiat, *Glof. proximè citata, Gregor. Lop. in l. 1. glof. ult. tit. 11. p. 1.* Unde si alius emat post Ecclesiæ, & pretium solvat, aut satisfaciat; & possessionem consequatur antequam illa satisfactionem præstet, ipse melioris erit conditionis; ut planè ex dictis colligitur.

Circa quæ est observandum cum Molina *sup. 27.* quod si quis voluerit, aut promiserit donare, vel vendere Ecclesiæ prædium, deindeque illud in alium alienet, hic præferendum erit; nam etsi ex donatione, & venditione, dominium in Ecclesiæ, re nondum tradita, transferatur; non ita ex pacto de vendendo, an donando; Gregor. Lop. *in l. 1. glof. ult. in fine.*

*fine. tit. 11. p. 1. Card. Lug. ubi proximè, verf. Averte secundum.* Unde provenit, ut qui primum possessionem adeptus est, dominium utique, quod erat penes promissorem, qui vendidit, consequatur.

Ad Num. 3.

26 Ut cognoscamus, quando in contractibus Principum Supremorum locus sit d. l. quoties, inquirendum est, an Princeps ex contractu dominium rei suæ absque traditione transferat? Nam quoties sic dominium transit, imperialis constitutio admitti non potest, ex proximè dictis, cum primus contrahens semper sit præferendus; at ubi traditio opus est, ubi ea lex suum robur obtinebit. Quia in re D. Covar. vestigiis inhaerendo, tres casus distinguendi sunt.

27 Primus est, cum Princeps ex contractu dominium rei suæ in contrahentem, sine traditione transferri, & juxta eam voluntatem, tam in contractibus onerosis, quam lucrativis, proculdubio transibit; quoniam juri censetur derogare, & cum possit lege hæc fieri, ut dominia rerum, semota traditione, transferantur, ut latè probat Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, nu. 4.* id ipsum maximè circa res proprias licere Principi fatendum est, qui animata lex dicitur, & plusquam illa potest, Bald. *in Authent. hoc amplius, nu. 10. C. de fideicommiss. Cyriac. tom. 2. controvers. 204. nu. 50.* Quibus rationibus, ita docent cum D. Covar. Fachin. *difp. lib. 7. c. 53. verf. Tertius articulus, Molin. de just. tract. 1. disp. 3. n. 18. verf. Quia verò, Tufch. lit. D. conc. 602. n. 96.* Chaffan. *in catalog. glor. mur. d. part. 5. considerat. 24. n. 141.* Jaf. *in d. l. quoties, col. 2. n. 10.* Aug. Barbof. *in collectan. ad l. traditioibus, n. 5. C. de pact. Ruin. conf. 32. n. 4. lib. 1. Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. n. 39.* Hermofill. *in d. l. 50. glof. 1. n. 25.* & alii communiter.

28 Secundus casus est, si Princeps, nihil circa dominij translationem asserens, rem aliquem ex gratia concedat; & idem quod in specie præcedenti, cum D. Covar. dicendum est; quia præsumitur ex liberalitate concedentis, quod voluit dominium, non expectata traditione, conferre; ut sustinent Jaf. Tufch. Molin. Chaffan. Ruin. Hermofill. *ubi proximè, Gail. sup. d. observat. 55. n. 6.* Cabed. *Lufitan. decif. 30. n. 9. part. 2. Avend. in l. 44. Taur. glof. 2. n. 3.* Bellug. *in specul. Princip. rubric. 22. in princip. n. 8.* Hermofill. *in l. 7. glof. 3. n. 14. tit. 4. part. 5.* Menoch. *conf. 331. n. 87. Paris. conf. 11. n. 58. lib. 1. Tiraquel. de nobilit. c. 37. n. 57.* At Fachin. *sup. verf. Et contrarium, adversus communem docet, dominium ex donatione Principis minime transferri, nisi res tradatur; quoniam in dubio credendum est, Principem se juris regulis conformare, per l. si quando, C. de inoffic. testam. & alia jura, quæ referunt; & quidem in puncto juris, & opinio hæc probabilitate non caret; tamen à communi recedere non oportet, nisi Rex quid alienum donet, quia traditio desideratur, cum cedat in Tertii præjudicium, Greg. Lop. *in l. 53. glof. 5. tit. 5. part. 5.**

29 Pro qua responderi potest, verum non esse, quod liberalitas Principum juxta juris communes regulas mensuretur, à quibus frequenter excipitur, l. donationes 26. C. de donat. inter. l. cum multa 7. C. de bon. qua liber. l. sancimus 34. §. Exceptis, C. de donationib. Unde in aliis actibus censetur Princeps secundum jus disponere, non quando liberalitatem exercet, quæ ex amplitudine dignitatis ultra metas privatarum largitionum interpretanda est, ita ut in dubiis beneficia Principum largissimè accipienda sint, *cap. olim. 16. de verbor. significat. l. fin. ff. de constitut. Princip. Ex quibus colligitur, quod cum possit Princeps dominium rei donare solo consensu donatario con-*

Varia ad dicit. ad Covar. Tom. I.

ferre, id vult; ut se magis munificum ostendat, quia hoc maximè decet Majestatem, d. c. olim.

Non solum autem ex donatione Principis dominium quaeritur absque traditione, sed etiam possessio Menoch. *de recuperand. remed. 3. n. 277. & conf. 606. nu. 8.* Gratian. *discept. c. 310. nu. 5.* Mieres *de majorat. part. 1. q. 26. nu. 15.* ubi alii. Quamvis aliud dicendum sit, quando privatus in Principem alienat, cui dominium absque traditione acquiritur, argument. d. l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Tufch. *difp. conc. 602. n. 95.* non sic possessio, ut colligitur ex Glof. *verb. in rem, in d. l. ult.* quæ ita in Ecclesiæ decidit, pro qua plures laudat Barbof. *in collectan. ibi, nu. 22.*

Tertius casus est, si Princeps vendiderit, vel ex alio contractu oneroso alienaverit; in quo duplex sententia communis reperitur, una, affirmans dominium in emptorem absque traditionis adminiculo pervenire, quoniam sola voluntas Principis sufficit, cujus contractus vim legis habent, nec juris solemnibus egent; d. l. donationes 26. Ita tenent Gratian. *sup. nu. 8.* Mieres *nu. 12.* Bossi. *in prax. tit. de Princip. nu. 67.* Natta *conf. 398. nu. 21. 27.* Purpurat. *in l. imperium, nu. 84. ff. de jurisdic. omn. judic.* Hermofill. *in d. l. 50. glof. 1. n. 25. verf. Ratio enim est.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 20. nu. 50.* Nogueroi. *allegat. 14. nu. 3.* Quod intelligendum est, etsi nihil de dominij acquisitione, sine traditione dictum sit.

Contrarium verò cum D. Covar. tuentur alii: existimantes traditionem omnino in præmissio casu desiderari ad dominij translationem, quia Princeps contrahendo jure privati utitur, voluntatemque suam juris dispositioni accommodat. Sic sentiunt Pat. Molin. *d. disp. 3. n. 18. verf. Quia verò, Chaffan. sup. & in consuetudin. Burgund. rubric. 7. §. 1. n. 19. verf. Pro decimoquarto casu, Cald. in l. si curatorem, verb. lasis, n. 109.* Tufch. *d. concl. 602. n. 96.* Gail. *sup. n. 7.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. ex n. 39.* Ruin. *d. conf. 32. n. 4.* Quod verius videtur, & comprobatur ex dictis, *sup. n. 28.* cum Fachinæo.

Ex quibus omnibus deducitur jam, in primo casu, quando Princeps expressim vult dominium sine traditione transferre, limitandam esse regulam d. l. quoties, quoniam prior contrahens præponendus est posteriori, licet hic possessionem rei consequatur, cum ille prius jus in re obtinuerit; ut sentiunt omnes laudati *sup. n. 27.* & D. Covar. *in præsentia.*

In secunda specie, quando scilicet Princeps liberalitatem exercet, etsi de translatione dominij dictum non sit, similiter asserendum est, priorem donatarium esse potiorum, qui in dominij acquisitione prævenit, ut præter allegatos *sup. nu. 28.* notant Bernard. Grævæ. *ad prax. Camer. Imperial. lib. 2. conc. 55. nu. 1. 2.* Narbona *in l. 11. glof. 2. nu. 7. titul. 5. lib. 7. Recopilat. Rosent. tract. de feud. capit. 6. conc. 10. verf. Certè cum hac distinctio, Bursat. conf. 78. n. 7.* Mier. *sup. nu. 13.* Sextin. *de Regalib. lib. 1. c. 5. nu. 37.*

In ultimo casu, cum Princeps ex causa onerosa alienat, nec de transferendo dominio quicquam decernit; quemadmodum dubium est, an transferatur sine traditione dominium, ut diximus proximè, n. 31. ita etiam quaestio est, utrum locus sit d. l. quoties? Negant Grævæ. *sup. n. 5.* & in consideratione post d. conclus. 55. in principio, Matilian. *in d. l. quoties, nu. 117. C. de rei vendicat.* & alii qui nituntur opinioni *sup. traditæ, secundum quam dominium ex suo contractu Princeps transfert sine traditione. Quibus jungendi sunt laudati sup. n. 31.* qui ita proculdubio sentiunt, cum illud probent.

li Nihil.